

CAROLI LINNÆI,  
Equit. aer. de *Stella Polari*;  
Archiatr. Reg. Med. & Botan. Profess. *Upſal.* &c.

# F A U N A S V E C I C A

S I S T E N S  
Animalia S V E C I A E Regni:  
MAMMALIA, AVES, AMPHIBIA,  
PISCES, INSECTA, VERMES.

DISTRIBUTA

PER  
*CLASSES & ORDINES,*  
*GENERA & SPECIES,*  
CUM

DIFFERENTIIS SPECIERUM,  
SYNONYMIS AUCTORUM,  
NOMINIBUS INCOLARUM,  
LOCIS NATALIUM,  
DESCRIPTIONIBUS INSECTORUM.


EDITIO ALTERA, AUCTION.

Cum Privilegio S. R. Mitis Svecicæ & S. R. Mitis Polonie ac Eleitoris Saxon.

STOCKHOLMIE,  
Sumtu & Literis Direct. LAURENTII SALVII,

1761.

(Editio prima, 1746.)



S:æ R:æ M:itis  
SUMMIÆ FIDELI VIRIS  
ILLUSTRISSIMIS EXCELLENTISSIMISQUE,  
D:no ANDREÆ  
Von HOPEKE N

Lib. BARONI  
REGIS REGNIQUE SUECIAE  
SENATORI,  
ACADEMIE UPSALIENSIS CAN-  
CELLARIO,  
EQUITI & COMMENDATORI Reg. Ord.

D:no NICOLAO  
PALMISTERNA

Lib. BARONI  
REGIS REGNIQUE SUECIAE  
SENATORI,  
EQUITI & COMMENDATORI Reg. Ord.

D:no CLAUDIO  
EKBLAD

comitti  
REGIS REGNIQUE SUECIAE  
SENATORI,  
REG. CANCELLARIAE PRÆSIDI,  
EQUITI & COMMENDATORI Reg. Ord.

Præsentis Opusculo defunt supplicat Ætas;  
enim differendum est tyrocinium in Senectutem;  
Nam quotidie crescit metus,  
Majusque fit semper quod ausuri sumus;  
Et dum deliberamus, quando incipendum,  
Incipere jam serum fit.  
Quare Fructum studiorum viridem  
Et adhuc dulcem promi decet,  
Dum et Venia,  
Et spes est,  
Et paratus favor,  
Et audere non dederet.

Quintilianus.

Hanc, uti priorem Faunam, sed mille Animalibus auctam,  
VOBIS, Viri Excellentissimi / devotissime offero

Upliaæ 1761  
d. 28 Julii.

J\*(2) C. LINNAUS,

## Monoculus.

2044. MONOCULUS *foliaceus* testa foliacea plana.

Loefl. act. zps. 1750. p. 42.

Frisch. germ. 6. t. 12.

Habitat in Lacubus maritimis, pisces necans.

2045. MONOCULUS *piscinus* planiusculus, clypeo subrotundo, corpore obcordato.

Habitat in Gádis & Salmonibus Farionibus maris Norvegici.

A. R. Martin.

DESCR. Affinis Monoculo foliaceo; Clypeus patens, subrotundus, convexus, subitus concavus. Corpus posticum obcordatum, gibbum. Cauda cylindrico-subulata, longitudine corporis postici; apice bifida. Cylindri duo ad caudam, subarticulati, obviri, in quibusdiam corpore longiores. Pedes sub clypeo sex, at inter clypeum & corpus duo longiores.

ii

2046.

## 498 INSECTA APTERA. MONOCULUS.

2046. MONOCULUS *Apus* testa subcompressa antice retusa postice truncata, cauda bifeta.

Monoculus cauda bifeta. Fn. 1181.

Frisch. germ. 10. p. 1. t. 1. Apus.

Act. angl. 40. p. 150. t. 1. f. 2. Scolopendra aquatica scutata.

Habitat in Piscinis, fossis, primo vere, passim.

DESCR. Corpus subvirescens, magnitudine glandis. Oculi bini, approximati in vertice. Pedes multi, ramosi. Cauda setis duabus, validis, interjecta Lamella.

2047. MONOCULUS *Pulex* antennis dichotomis, cauda inflexa. Fn. 1182.

Swamm. quart. p. 66. t. 1. Pulex aquaticus arborescens.

Merr. pin. 207. Vermes minimi rubri aquam stagnalem colore sanguineo inficientes, unde vulgus dira proteundit.

Hierne Flock. 1. p. 32. 35. Abyssus Satanae.

Habitat in omnibus aquis stagnantibus.

OBS. Ex hujus gregibus in aqua fiunt quasi sanguinis grumi, unde vulgus credit aquam in sanguinem versam.

2048. MONOCULUS *pediculus* antennis dichotomis, cauda reflexa. Fn. 1183.

Habitat in aquis.

2049. MONOCULUS *quadricornis* antennis quaternis, cauda recta bifida. Fn. 1184.

Blank. belg. p. 149. t. 13. f. B.

Habitat in aquis cum prioribus.

DESCR. Antennarum duo paria. Cauda tenuis, longiuscula, duplex, setis intricata versus apicem: tub cauda utrinque racemos ovorum; hinc Cancris valde adfinis; Corpus fuscum est, at ovaria, quæ juxta caudam utrinque extenduntur ovata, lunt lutea, & simul sumta magnitudine ferre totum corpus æquant.

2050. MONOCULUS *conchaceus* antennis capillaceis multiplicibus, testa bivalvi. Fn. 1185.

Habitat in piscinis & paludibus.

DESCR. Testa semine Brassicae major, ovata, oblongiuscula, utrinque æqualis, antice gibba & parum retusa, adeoque omnino Concha; sed in conchis apertura est a latere tenuiore & cardo ubi gibba magis est; contra vero in hac; hæc extracta ex aquis tota clauditur, ut crederes semen cuiusdam plantæ; in aquis dum hiat, jurares concham esse. Celeriter fertur per aquas, ut reliqui monoculi; testa cinerea, impura est. Dum aperit testam, exserit multos capillos aquales, albidos, in altera extremitate aperturae; hos capillos moticando fertur agilis per aquas, neq; quiescit antequam vel cochleam vel aliquod terrestre reperit, hic confedit eum sociis lubenter, & pedibus supra hoc corpus incedit & affigunt. totum corpus intra testam later, dum quietit.

2051.

2046. MONOCULUS *Apus* testa subcompressa antice retusa postice truncata, cauda bifida.

Monoculus cauda bifida. Fn. 1181.

Frisch. germ. 10. p. 1. t. 1. Apus.

Act. angl. 40. p. 150. t. 1. f. 2. Scolopendra aquatica scutata.

Habitat in *Piscinis*, fossis, primo vere, passim.

DESCR. Corpus subvirescens, magnitudine glandis. Oculi bini, approximati in vertice. Pedes multi, ramosi. Cauda setis duabus, validis, interjecta Lamella.

2047. MONOCULUS *Pulex* antennis dichotomis, cauda inflexa. Fn. 1182.

Swamm. quart. p. 66. t. 1. Pulex aquaticus arborescens.

Merr. pin. 207. Vermes minimi rubri aquam stagnalem colore sanguineo inficientes, unde vulgus dira proteudit.

Hierne Flock. 1. p. 32. 35. Abyssus Satanæ.

Habitat in omnibus aquis stagnantibus.

OBS. Ex hujus gregibus in aqua fiunt quasi sanguinis grumi, unde vulgus credit aquam in sanguinem versari.

2048. MONOCULUS *pediculus* antennis dichotomis, cauda reflexa. Fn. 1183.

Habitat in aquis.

2049. MONOCULUS *quadricornis* antennis quaternis, cauda recta bifida. Fn. 1184.

Blank. belg. p. 149. t. 13. f. B.

Habitat in aquis cum prioribus.

DESCR. Antennarum duo paria. Cauda tenuis, longiuscula, duplex, setis instruta versus apicem: sub cauda unrinque racemos ovorum; hinc Cancris valde adfinis; Corpus fuscum est, at ovaria, quæ juxta caudam utrinque extenduntur ovata, sunt lutea, & simul sumta magnitudine ferre totum corpus æquant.

2050. MONOCULUS *conchaceus* antennis capillaceis multiplicibus, testa bivalvi. Fn. 1185.

Habitat in *piscinis* & *paludibus*.

DESCR. Testa semine Brassicæ major, ovata, oblongiuscula, utrinque æqualis, antice gibba & parum retusa, adeoque omnino Conchæ; sed in conchis apertura est a latere tenuiore & cardo ubi gibba magis est; contra vero in hac; hac extracta ex aquis tota clauditur, ut crederes semen cuiusdam plantæ; in aquis dum hiat, jurares concham esse. Celeriter fertur per aquas, ut reliqui monoculi; testa cinerea, impura est. Dum aperit testam, exserit multos capillos æquales, albidos, in altera extremitate aperturæ; hos capillos motitando fertur agilis per aquas, neq; quiescit antequam vel cochleam vel aliquid terrestre reperit, hic confedit eum sociis lubenter, & pedibus supra hoc corpus incedit & affigitur. totum corpus intra testam latet, dum quiescit. 2051.

2051. MONOCULUS *lenticularis* testa compressa lentiformi.

Habitat in *Finlandia*.

DESCR. Testa valde compressa margine acuto, pellucida, magnitudine Fabæ.